re & voluntarie dominis ſeruiatis: in hoc veſtram liber/
tatem oſtendentes. Unde dicit Glo. Quo maiori liber/
tate apud homines vincimini: eo liberius dominorum
famulatui ſubiugari ſitis. Dixi: Quaſi liberi: & nō q̄
ſi velamen habentes malicię libertatem. Hoc
dicit apoſtolus contra quoſdam qui dicebant: quia fili/
us nos liberauit/ vere liberi ſumus: et ideo principibus
negabant ſua iura/ſicut iudęi: Ioh.viij.d. Semē abrahę
ſumus: nemini ſeruimꝰ vnquā. Timeant hoc verbū mo
nachi exempti: qui ſuam libertatem faciūt velamen ma/
licię liberius peccantes: quia epiſcoporum non timent
correctionē: Et ſi ipſi petēdo exemptionem fecerint cō/
tra deū/ videant ipſi.j.Corinth.vij.d. Si potes fieri li/
ber: id eſt exemptus magis vtere ſeruitute.ſ. Hoc ver/
bum recogitent/omnes quicunqȝ ſint illi qui ad ſeruiti/

**nō quaſi velamen habentes**
**g malicię libertatem: ſed ſicut**
**h ſerui dei. Omnes honorate:**
**i fraternitatē diligite. Deū ti/**
**k l mete: regē honorificate. Ser/**
**m n ui ſubditi eſtote i ōmi timore**

um dei vocati
non habēt mul
tas coactiones
pręceptorum:
ne aliquādo vt
aliqui ſuam li/
bertatem faci/
ant velamē ma
licię in quocun
qȝ ſtatu ſint ip/
ſi/ſiue coniuga
ti/ſiue clerici/ſiue religioſi/ſiue ſęculares. Vult ergo apo
ſtolus vt ipſi ſint liberi a ſeruitute peccati: Glo. Non
habentes libertatem veſtrā in velamen malicię/ liber/
tas veſtra nō obuoluat corda veſtra vt tāto licētiꝰ pec/
cet/ q̄to minꝰ ſeruitijs deꝓmimi: & ne culpā veſtrā noīe
libertatis ꝓtexetis. Vult autē liberos eos eſſe a ſeruitio
culparum: vt ꝑmaneant ſerui creatoris leui et fideles.
ſed non dei. Unde addit: g Sed ſicut ſerui dei:
Cuiꝰ ſeruitꝰ humilitatē reqrit.q.d. ꝑncipibꝰ et ducibus
humilit ſeruite ſicut dño fuiretis: qꝛ i ipſis dño fuitis.
j.Corinth.vij.d. Qui liber vocatus eſt: ſeruꝰ eſt chriſti.
Precio enī empti eſtis. h Omnes honorate &c.
Docuit quomodo bene ꝯuerſandum eſt/inter maiores:
modo docet quomodo inter oīes. Et hoc ſic faciendū
eſt/ vt qḋ eſt dei in omnibꝰ.ſ.imago eius inuicem hono/
remus: et qḋ eſt noſtri inuicē diligamꝰ. Oēs/ergo ho/
norate: vnumquēqȝ ſcilicet pro modo ſuo: Phil.ij.a.
In humilitate ſuperiores ſibi inuicē arbitrantes: nō quę
ſua ſunt ſinguli conſiderātes/ſed quę aliorum. Unde di/
cit Glo. Alter alterum reputet digniorem/ non hoc ita
debemus ęſtimare/ vt nos ęſtimare fingamꝰ: ſed vt ęſti/
memus poſſe eſſe aliquod occultum i alio quo nobis ſu/
perior ſit: etiam ſi bonum noſtrum quo illo videmur ſu/
periores non ſit occultum. Vel Omnes honorate/
inuicem: quia omnes ſumus dei imago. Unde Roma.
xij.c. Honore inuicem pręuenientes. i Fraterni/
tatem diligite. Non intantū vt etiam eos qui vobis
ſubditi ſunt/ vt fratres diligatis vos qui eſtis maiores.
Roma.xij.c. Charitatem fraternitatis inuicem dili/
gentes. Et oſtendit modū diligendi: quia in timore do/
mini. Unde dicit: k Deum timete. Et in hoc no
tatur ordinatio ad deum. Sed quare non dicit/deū dili
gite vel honorate: Solutio. Quia liberi minus ſolent ti
mere: quia libertas contraria eſt timori. Et etiam cū di/
cit: timete/non excludit honorem. l Regem ho/
norificate: quaſi pręcellentem/ reddendo ei tributa:
Matth.xxij.c. Reddite ergo quę ſunt cęſaris cęſari: et
quę ſunt dei deo. Similia verba legimus Roma.xiij.c.
Cui tributum tributum/cui vectigal vectigal/cui timo/
rem timorem/cui honorem honorē. Et dicit: Hono/
rificate: non honorate: id eſt facite regi honorem exte
rius opere/non ſolū mente interius. m Serui ſub/
diti eſtote in omni timore. Hęc eſt ſecūda ps ꝑmę
partis: vbi monet ſeruos ad bonam conuerſationem: &
ad hoc maxime monet eos/ vt benigne & volūtarie ſub/
ijciantur dominis ſuis etiam malis. Et hoc ꝑpter duo.
Primo propter fructum qui inde ſequitur: ibi: Hęc ē
enim gratia. Secūdo propter debitum: ibi: In hoc
enim vocati eſtis. Dicit ergo: Serui ſubditi eſto
te dominis/ veſtris.ſ. in omni timore: ita ſcȝ vt nec
deum offendatis: nec dominis ſeruire recuſetis: ſicut di
cit Glo. Interliñ. Sed qḋ dicit: n In omni timo/
re: ergo in ſeruili:

8.diſ.c.1. gē reuerē 11.q.1.c.m Col.3.d Tit.2.c.

a dominis: nō tantum bonis/
b ⁊ mōdeſtis: ſed etiam diſchō
c lis. Hec ēſt ēnim gratia: ſi ꝓ
d pter cōſciēntiam dei ſuſtinēt
e quis triſticiās pātiēs iniuſte.
f Que eſt ēnim gratia: ſi pēccā
g tes et colaphiçati ſūffertis?
h Sed ſi bēnefacientes pātien
i ter ſuſtinetis: hec eſt gratia
k apud deum. In hōc ēnim vo
l cati eſtis: q2 ēt chriſtꝰ paſſus ē
m ꝓ nobis: vōbis relinquēs ēx
n emplū: vt ſeq̄mi veſtigia eiꝰ.

re: ergo in ſeruili: ſed ille eſt extra charitatem: quia dicit Auguſtinus/ ꝙ ſequeretur in eo peccatum ſi ſperaretur impunitas. Unde illud: Oderunt peccare mali formidine pene. Solutio. Omne/ totum et perfectum dicimus idem. Unde: In omni: id eſt perfecto perfectione ſufficientie: et hec eſt ad minus in timore initiali: vel etiam perfecto perfectione maiori et quaſi excellentie: et hec eſt in timore filiali: qui etiam debet eſſe in ſeruis vt habeant oculum ad deum qui eos remunerabit. Vel In omni timore: id eſt generali: qualis eſt timor initialis qui habet duos oculos: vnum ad penam: et alium ad gloriam: vnde dicitur generalis: Sed timor ſeruilis ſingularis eſt: quia non habet niſi vnum oculum: ſcilicet ad penam. Sed cum dicat Auguſtinus ꝙ ſicut ſeta introducit filum: ſic timor ſeruilis charitatem: quare timor ſeruilis nō dicitur initium: vel initialis? Solutio. Dicitur principium ſed non initium: quia per ipſum non ſumus intus: quia q̄diu in chriſto non ſumus extra charitatem manemus. Dicitur ergo principium et non initium: quia non it: id ē non intrat intus: vt ſcilicet ipſo manente ſit charitas: Dominis/ dico: Et ſubdiuidit. a Non tantum bonis: Fide et moribus inſtructis: b Et modeſtis: id eſt menſuratis in imperando ⁊ in condonādo ſi quid committeris. c Sed etiam diſcholis: id eſt indiſciplinatis/ agreſtibus ſcilicet et indoctis. Ū̄ dicit Glo. Schola grece/ latine locꝰ in q̄ ad audiendos magiſtros liberalium artium conueniebant. Unde ſchola vacatio interpretat̄: quia ibi vacabant ſtudijs: Scholaſtici igitur ſūt eruditi: diſcholi/ indocti/ et agreſtes. Alia littera habet/ Difficilioribus. Quales ſunt aliq̄ q̄ nihil q̄ō eis fiat gratanter recipiunt: ſimiles holoferni cuiꝰ ferocitas non mitigabatur q̄uis eum reciperent in ſuis ciuitatibus gentes cum honore magno ⁊ gaudio et choris ⁊ tympanis: nec tamen iſta facientes ferocitatem pectoris eius mitigauerunt: Judith. iij. c. cum tamen dicat apoſtolus Eph. vj. b. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas: ſcientes quia et illorum ⁊ veſter dominus eſt in celis: et perſonarum acceptio non eſt apud deū. Et quod debent ſubijci oſtendit per hoc ꝙ ſic faciendo merentur apud deum: Unde dicit: d Hec eſt enim gratia: Quaſi ꝓpter hoc debetis ſubijci etiam malis. e Enim. i. quia: Hec eſt gratia: id eſt ꝑ hoc acquiritur vel cōſeruatur dei gratia per quā merita bona cumulantur: hic inquā: f Si propter conſcientiam dei: id eſt bonam intentionem quam deus cū homine ſcit: g Suſtinet quis/ patienter: et ſine murmure cordis. h Triſticias/ illatas a dominis: id eſt penas. Ipſe dico/ i Patiens iniuſte: cum bene faciat ipſe quicq̄d debet. Et dicit iniuſte/ nō ſine cauſa: quia aliquando quis iuſte patitur/ et pro peccatis et conſcientia dei: quia bona intentione: et hec pena ſufficit ⁊ ad ſolutionem ⁊ deletionem pene ad quam erat obligatus: et tali non debetur propter hoc ſupererogatio: ſed ille qui iniuſte patitur ſ̄m conſciētiam dei debetur ſupererogatio premij: Luce. x. f. Quodcunq̄ ſupererogaueris ego cum rediero reddam tibi. Glo. Si propter deum ſcientem bonam intentionem aliquis patiens a domino verberatur iniuſte cum ei bene ſeruiat/ ſuſtinet id eſt leues reputet triſticias: hec eſt gratia: et ꝑ hoc gratus efficitur deo: ⁊ hoc exigit gratia fidei. Nam ſi vos ſuffertis patienter penas illatas a dominis: vos dico peccantes nolendo obedire eis: et colaphiçati ab ipſis dominis: id eſt ſepe correcti ab illis vt per colaphos ad obediendū inducemini: que gratia erit vobis inde? Nihil propter hoc accipietis a deo. Et hoc probat quaſi per locum a contrarijs. k Enim: id eſt quia: Que eſt gratia: id eſt quomodo per hoc eſtis grati deo: l Si peccantes: et propter hoc colaphiçati: id eſt colaphis affligi: m Suffertis: vt. ſ. ad obediendum reducamini. q. d. non meremini gratiam ſupererogatiōis: ⁊ ſi meremini a pena liberari. Et hoc eſt verū/ ſi voluntarie et propter deum ſuſtinetis. n Sed ſi benefacientes: id eſt ſi benefeceritis. o Patienter ſuſtinetis: hec eſt gratia apud deum: id eſt per hoc grati efficimini deo et dilecti: et propter hoc amplius ab ipſo remunerandi. Sap. x. d. Reddidit deus. i. reddet iuſtis mercedem laborum: et deduxit: id eſt deducet in via mirabili/ eos illa. ſ. via que ducit in ciuitatem habitaculi: quā non inuenient mali: p In hoc enim vocati eſtis. Hic ſecundo monet ſeruos ad obediendum propter debitum. Continuatio. Debetis obedire et ſubijci. q Enim: id eſt quia: In hoc. i. in ſeruitute vel ſubiectione manentes. r Vocati eſtis/ ad fidem. q. d. propter fidē non eſtis a dominorū ſubiectione liberati. j. Corinth. vij. d. Unuſquiſq̄ in ea vocatiōe permaneat in qua vocatus eſt: Seruus vocatus es: nō ſit tibi cure. Sed ſi potes fieri liber magis vtere. Qui enim in domino vocatus eſt ſeruus: liber eſt domini. Vel In hoc. i. ad hoc: vt ſcilicet patiamini. Et hoc probat exemplo chriſti/ qui ſine cauſa: id ē ſine peccato paſſus eſt pro nobis. Et ſicut dicit Glo. Interlin. Glorificat conditionem ſeruorum quos benefaciētes/ ⁊ abſq̄ culpa vapulantes a dn̄is crudelibꝰ improbis/ affirmat imitatores dominice paſſiōis. Quaſi in h̄ vocati eſtis: s Quia et chriſtus paſſus eſt pro nobis/ om̄ibꝰ: ſcilicet tam apoſtolis q̄ alijs. t Uobis relinquens: id eſt retro linquens/ v Exemplū/ ſcilicet patiēdi ꝑ nos. ſ. apoſtolos. Et dic vobis: quia ipſi apoſtoli non indigebant exemplo: Ipſū em̄ dominum viderant: et eius paſſio formata erat animabus ſuis et impreſſa: ſed illis erat neceſſariū exemplum qui dominum non viderunt: vt ad eius intuitum ſibi ſimilitudinem formarent. Prius enim videtur imago: et poſtea formatur in anima eius ſimilitudo. Hoc exemplum fuerūt apoſtoli: circumferentes mortificationem domini noſtri ieſu chriſti/ in corpe ſuo. ij. Corinth. iiij. c. Et paulus Gal. vj. d. Stigmata domini noſtri ieſu chriſti in corpore meo porto. Unde. j. Timoth. iiij. c. Eſto exēplū fideliū in verbo/ in conuerſatione/ in charitate/ in fide/ in caſtitate. Hoc dicebat apoſtolꝰ cuidā q̄ſi coapoſtolo timotheo. x Ut ſequamini veſtigia eius: bene operando. Dicit/ Sequamini: quaſi a lōge: quia cum eo ire non poſſumus: quia noſtra opera ſuis operibus nullatenus poſſūt equipollere: Exultauit enī vt gigas ad currendam viam. (Pſ. 18.) Unde et dicit: Veſtigia: non rem. Job. xxiij. c. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus: viam eius cuſtodiui: ⁊ non declinaui ex ea. Sed quomodo vel qua via ſequendus eſt oſtēdit apoſtolus. j. Timoth. vj. c. ponens quaſi ſex paſſus dicens: Sectare iuſticiam/ vt ſcilicet te pro malis tuis

Marginal notes: B — 8. q. 1. c. olim — De cele. miſſa. ꝟ. chriſtꝰ paſſus eſt — Pſ. 18.



puniās: pietatē

punias: pietatem/ vt in bonis te exerceas: fidem/ vt omnia poſtponas: charitatem/ vt ſoli deo adhereas: patientiam/ vt aduerſa patienter ſuſtineas: manſuetudinem/ vt benignum et blaudum te alijs exhibeas. Sed econuerſo: multi magis ſequunt ea que eis non proderunt. Contra quos inuehitur beatus Bern. Si ſapis: ſi cor habes: ſi tecum eſt lumem oculorum tuorum: deſine ſequi illa que aſſequi miſerum eſt. Beatus qui poſt illa non abijt/ que poſſeſſa onerant/ amata coinquinant/ amiſſa cruciant. Tres bene inuenio: Primum qui ſequitur carnem: ſecūdum qui ſequitur mundū: tertium qui ſequitur diabolū: ſed quartum de numero veſtrum requiro. ſ. qui ſequitur deum. Et oſtēdit q pro nobis mortuus eſt chriſtus dupliciter. Primo: quia nō pro ſe/ qui ab omni peccato fuit immunis: ibi: Qui peccatum. Secūdo oſtēdit q pro nobis. ibi: Qui peccata noſtra ipſe pertulit &c. vbi oſtēdit beneficia que nobis contulit ſua paſſio. Que fuerunt ſex. Primum eſt: quia loco noſtri vel vice noſtri in pena quā pro noſtris peccatis debebamus ſe poſuit: vt eam pro nobis portaret. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo &c. Secundum eſt: quia mortē eternam quā facit peccatum deſtruxit. Unde dicit: Ut peccatis mortui. Tertium eſt: quia vitam reſtaurauit: ibi: Juſticie viuamus. Quartū eſt: quia languidos infirmitatibus peccatorum ſanauit: ibi: Cuius liuore ſanati eſtis. Quintum eſt: quia errātes per deuia errorum congregauit: ibi: Eratis em̄ ſicut oues errantes. Sextū eſt: quia cōgregatos ſub fideli cuſtode et bono poſuit ſub ſeipſo: ibi: Sed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem. Dicit ergo: a Qui peccatum non fecit. Et quia inſtruxerat ſeruos: nunc ſm Glo. inſtruit dominos/ in hoc q totam eccleſiam inuitat ad memoriam dominice paſſiōis: vt dicit Glo. Supra ſpecialiter ſeruos: nunc totam eccleſiam inſtruit: vt etiam dominis in memoriam reuocet quid pro eorum liberatione ſuus auctor ptulerit. Dicit itaq: Qui peccatum non fecit/ in opere: b Nec inuentus ē dolus in ore eius: id eſt verbum malum: quia nec peccauit in locutione. Unde in perſona eius dicit Job. j. d. In omnibus his nō peccauit iob labijs ſuis: neq ſtultum quid contra deum locutus eſt. Et dicit: Inuentus/ a phariſeis et ſcribis qui eum obſeruabant/ vt eum caperent in ſermone: Matth. xxij. b. Et hoc ſumptum eſt de Eſa. liij. c. Eo q iniquitatem non fecerit: neq dolus fuerit in ore eius. Et q nō peccauit oſtendit per partes/ dicens: c Qui cum malediceretur. Job. viij. f. Nōne bene dicimus nos: quia ſamaritanus es tu: et demonium habes? Et Matth. xxvij. e. Similr pncipes ſacerdotum illudentes cum ſcribis et ſenioribus dicebant: Alios ſaluos fecit/ ſeipſum non poteſt ſaluū facere. Uel Cum malediceretur: a latrone qui iuxta eū pendebat: Luce. xxiij. e. Si tu es chriſtus/ ſaluum fac temetipſū/ et nos. Et tñ d Non maledicebat: verba eorum mala ſibi non improperabat: que tamen ipſe ſciebat et videbat: immo econuerſo dicebat orans pro eis: Luce. xxiij. e. Pater dimitte illis: quia neſciunt qd faciunt. Uel Qui cum malediceretur: id eſt maledicto pene pro nobis adderetur. Gal. iij. b. Chriſtus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum: quia ſcriptum eſt Deut. xxj. d. Maledictus omis qui pendet in ligno: Non maledicebat vindicando ſe cum poſſet: immo etiam diſcipulos ſcilicet iacobum et iohannem qui dicebant Luce. ix. g. Domine: vis dicimus vt ignis deſcendat de celo/ et conſumat illos: ſicut helias fecit: prohibuit dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis: Filiꝰ em̄ hominis non venit animas hominū perdere ſed ſaluare: Et ibi loquebant apoſtoli de illis q noluerunt ieſum recipere i ſua ciuitate in hoſpitio/ propter h q ibat in hieruſalem. Sequitur: e Cum pateretur/ tam grauiter et dure: Threñ. j. d. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite et videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: Et tamē f Non comminabatur. Pſ. Et ſicut mutus non aperiens os ſuum. g Tradebat autem. Quaſi non cōminabat: h Autem: id eſt ſed: econuerſo Tradebat/ deo patri. i Judicanti ſe iniuſte/ orando pro ipſis: cum tamē ipſi eum qui iuſtus erat et innocens/ nocentes et iniuſti condemnarent. Unde Eſa. liij. d. Et pro tranſgreſſoribus orauit. Uel alio modo & ſm aliam litterā: et continuat ei: Qui peccatum non fecit. Quaſi paſſus eſt et non pro ſuis pctis. h Aūt: id eſt ſed: g Tradebat/ ſe voluntarie non coactus. Joh. x. d. Ego pono animam meam et iterum ſumā eam: nemo tollit eam a me: ſed ego pono eam a meipſo: i Judicanti ſe iniuſte/ populo ſcilicet iudaico/ dicenti: Joh. xix. b. Nos legem habemus: & ſm legē debet mori. Et q ſe traderet voluntarie. Joh. xviij. a. Quem queritis? Reſponderūt ei: Jeſum naçarenū. Dicit eis: ego ſum. Uel Judicanti ſe iniuſte: ſcilicet pilato. Joh. xix. c. quando ſedens pro tribunali tradidit illum iudeis vt crucifigeretur. Et q ipſe ieſus voluntarie ſe tradidit pilato. Joh. xix. b. Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam niſi tibi datum eſſet deſup. Propt hec oia dicit Eſa. liij. c. Oblatus eſt q ipſe voluit et nō aperuit os ſuū. k Qui peccata. Oſtēſa chriſti paſſione/ cum dixit: Chriſtus paſſus eſt p nobis: Oſtenſo etiam q pro nobis: quando eius oſtendit innocentiam/ cum dixit: Qui peccatum nō fecit: Oſtenſa eius patientia/ cum dixit: Cum malediceretur &c. Item eius charitate erga nos/ cū dixit: Tradebat: Modo oſtēdit hic fructum paſſionis ſue: qui fuit multiplex/ ſicut ſupra diximus. Dicit ergo: Qui peccata noſtra. Quia poſſet aliquis dicere: ſi fuit innocēs/ quare ergo paſſus? Reſpōdet: Qui. i. q m Ipſe/ per ſeipſum/ non per aliū/ n Pertulit. i. perfecte tulit et aſpere. o In corpore ſuo. qd pro nobis expoſuit. Job. ix. c. Terra tradita eſt i manus impij: l Peccata noſtra: id eſt penā pro pctis noſtris nobis debitam. Et dicit: Noſtra: communiter omnium. ij. Corinth. v. c. Pro omnibus mortuus eſt chriſtus. Et hoc p Super lignum: corpore dico poſito: ſuper lignum/ crucis benedictum. Sap. xiiij. a. Benedictum eni lignū per quod fit iuſticia. Et in eodē. Exiguo ligno credunt homines animas ſuas: et tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt. Uel Pertulit: id eſt perfecte tulit. i. abſtulit. Hoc eſt verum quoad ſufficientiam. Heb. vij. d. Qui nō habet neceſſitatem quotidie queadmodū ſacerdotes priꝰ p ſuis delict. hoſtias offerre: deinde pro populo: hoc enim fecit ſemel ſeipſū offerendo dominus. Uel Pertulit: id ē per ſe abſtulit: ipſe enim eſt deus qui culpas dimittit: et per ſuam paſſionem peccata ſoluit. Eſa. xliij. d. Ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas ppter me: & peccatorum tuorū non recordabor. Sequit

a Qui pĕccatum non fecit/ b nĕc inuentus eſt dolus in ore eiꝰ. c Qui cŭm malediceretur non d maledicebat: e cŭm patereṫ nō f cōminăbatur. g Trădebat aŭ h tem iudicanti ſe iniuſte. i Qui k pĕccata noſtra l ipſĕ m pĕrtulit n in cŏrpore ſuo o ſŭper lignum: p

Eſa. 53. b
1. Joh. 3. a.
De peni. diſ. 2. c ſi eni vlira pn. 45. diſ. c. cpm.
Pſ. 37.
Eſa. 53. b.

recordabor. Sequitur. a ¶ Ut peccatis. q. d. propter hoc corporaliter mortuus in ligno: vt/ nos peccatis mortui: vt. ſ. amplius non peccemus. b ¶ Iuſticie viuamus: Ut exhibeamus membra noſtra ſeruire iuſticie in ſanctificationē: Roma. vj. d. Ut ſicut ipſe mortuus eſt corporaliter ⁊ viuit vita noua: ſic et nos propter quos ipſe mortuus eſt. Roma. iiij. d. Mortuus eſt propter peccata noſtra: reſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtram. c ¶ Cuius liuore. i. dilectione. Et ponit conſequēs pro antecedente. Amor em̄ nimis intenſus facit euacuationem ſpirituū: ⁊ ſic relinquit pallor vel liuor. Et ꝙ deus nimium nos dilexit dr̄: Eph. ij. a. Propter nimiā charitatem ſuā qua dilexit nos: et cū eſſem⁹ mortui in peccatis: conuiuificauit nos i chriſto/ cui⁹ gr̄a eſtis ſaluati. Et ſic notat ꝙ cauſa efficiēs ſit amor. Uel Cuius liuore. i. carne liuida effecta per colaphos et verbera: ſanati eſtis: Et ſic tangit cauſa materialis. Iob. vj. b. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea: nec caro mea enea. Uel Cuius inquā liuore: id eſt inuidia habita a iudeis. d ¶ Sanati eſtis/ occaſionaliter. Per hoc em̄ ꝙ inuiderūt ei iudei tradiderūt eū morti: ⁊ eius morte nos ſuim⁹ liberati. Matth. xxvij. b. Sciebat em̄ ꝙ ꝑ inuidiā tradidiſſent eum. Sanati eſtis: a morbo peſtifero peccatorum. Sap. xvj. b. Miſericordia enim tua dn̄e aduenieēs ſanabit illos: Et paulo poſt: Neq; herba/ neq; malagma ſanauit illos: ſed tu⁹ dn̄e ſermo q̄ ſanat oīa. Sed vnde ſanauit/ dicat hoc Eſa. j. b. Omne caput languidū: ⁊ omne cor merens: a plāta pedis vſq; ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tumens: nō eſt circūligata nec curata medicamīe neq; fota oleo. Uerū eſt/ donec fili⁹ dei venit q̄ omnes ſanauit. e ¶ Eratis enī prius. ſ. f ¶ Sicut oues errantes: per diuerſa vitia fluctuantes. iij. Reg'. xxij. c. Uidi cūctū iſrl' diſpſum in montibus quaſi oues nō habētes paſtorē. g ¶ Sed cōuerſi eſtis nūc. i. in paſſiōe chriſti. h ¶ Ad paſtorē. Ioh. x. b. Ego ſū paſtor bon⁹. Eſa. xliiij. d. Qui dico cyro/ paſtor me⁹ es. i ¶ Et epiſcopū. i. viſitatorem. k ¶ Animarū veſtrarū. Luce. j. g. Uiſitauit nos oriens ex alto. Epus em̄ interptat' ſupintendens. Simile. j. Corinth. vj. c. poſtq; multa peccata enumerauit dicit. Et hec aliqn̄ quidē fuiſtis: Ecce ꝙ dicit hic: Eratis ⁊c̄. Sed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis in nomine dn̄i noſtri ieſu chriſti/ et in ſpiritu dei noſtri: Ecce quod dicit hic: Sed conuerſi eſtis. Et ſicut dicit Glo. tangit parabolam euangelicā: vbi pius paſtor relictis nonagintanouē in deſerto/ venit querere vnam ouē que perierat et in ſuis humeris reportauit: Luce. xv. a. ¶ Capl'm. III

Similiter ⁊ mulieres ſubdite ſint viris ſuis. Tertium capitulum: vbi incipit agere de his conditionibus vir ⁊ mulier: oſtendens quomodo ſm̄ has bene eſt cōuerſandum. Et eſt hec ſecunda pars ſecunde ptis epiſtole que durat vſq;: ibi: In fide autem. j. eodem. b. vbi generaliter inſtruit omnes. Et ſic iam patet ꝙ hoc capitulum diuidit' i duas partes vſq; ad illud: In fide: que etiam diuiditur in duas. In prima oſtendit quō mulieres ſe debēt habere erga viros: monens eas ad bonā ꝯuerſationem: ibi: Similit' ⁊c̄. Secūdo oſtēdit quō viri ad mulieres ſe debēt hr̄e: ibi: Uiri ſilit'. Monet ḡ mulieres ad duo. Primū ē vt ſbiecte ſint viris ſuis. Secūdū eſt vt nō ſtudeant indebito ornatui exteriori: ſed magis ſint ſollicite de ornatu ⁊ pulchritudine interiori: ibi: Quar ſit nō extrinſecus. Et vt ad faciēdū hec eas reddat ꝓmptiores: in exemplum eis ꝓponit ſanctas mulieres inter quas ſarā noīat: vt ꝑ eam alias intelligāt: ibi: Sic em̄ aliqn̄ ⁊c̄. Dicit ergo. l ¶ Similiter ⁊ mulieres. Sicut ſerui dn̄is patiant' a viris ſuis ſi oportet: vel cum viris ſuis a pſecutorib⁹. Or aūt debēt pati vel ſuſtinere illatas a viris iniurias/ h̄ intelligēdū eſt qn̄ viri nō impugnāt fidē eaꝝ: nā ſi

a b vt peccātis mortui/ iuſticie vi
c d uam⁹: cui⁹ liuore ſanāti eſtis.
e f Erātis em̄ ſicut oues erran-
g h tes: ſed cōuerſi eſtis nūc ād
i k paſtorem et ēpiſcopū ānima
rū veſtrarum. ¶ Capl'm. III
l m Similit' ⁊ mūlieres ſūb
dite ſint viris ſuis: vt ⁊
n o ſi qui nō crēdūt verbo
p ꝑ mūlierū conuerſationē ſinē
q r ṽbo lūcrifiāt/ cōſidērātes i ti-
s t mōre ſctām ꝯuerſationē vr̄aꝫ.
v Quāꝝ ſit nō extrinſecus ca-
x pillatura āut circūdatio auri:

impugnarēt: iā nō pati/ ſed recedere deberēt: ſoluit em̄ matrimoniū ꝯtumelia creatoris. m ¶ Subdite ſint viris ſuis: Non adulteris: dicit Glo. Interlin. Sicut multe q̄ viris relictis adulteris ſe ignominioſe ſupponūt: de q̄bus dicit' Ezech. xvj. d. Nec facta eſt quaſi meretrix faſtidioſa augens p̄cium: ſed q̄ſi mulier adultera q̄ ſup virū ſuū inducit alienos. Et Eſa. lvij. b. Iuxt' me diſcooperuiſti ⁊ ſuſcepiſti adulterū: dilataſti cubile tuū: ⁊ pepegiſti cū eis fedus: dilexiſti introitū eoꝝ manu aperta. n ¶ Et et ſi qui/ viroꝝ. ſ. o ¶ Nō credūt verbo/ euāgelij: q̄ fides ex auditu: audit⁹ autē ꝑ verbū dei: vel verbo fidei. Roma. x. b. Prope eſt verbū in corde tuo/ et in ore tuo: hoc eſt verbum fidei qd̄ p̄dicamus. r ¶ Lucrifiant: cōuerſi ad fidē. p ¶ Per mulieꝝ cōuerſationē/ bonā. j. Cor'. vij. c. Sanctificat⁹ ē vir infidelis ꝑ mulierē fidelē. Lucrifiāt dico/ q ¶ Sine ṽbo p̄dicationis: quia. j. Timoth. ij. d. Docere aūt mulieri nō ꝑmitto: neq; dn̄ari in virum. Ipſi dico/ s ¶ Cōſiderātes: O vos mulieres/ ſanctā conuerſationē veſtrā. Et tranſit de tertia pſona ad ſecūdā: vt ex modo loquēdi qui magis ē familiaris alliciat eas ad bn̄ ꝯuerſandū. Cōuerſationē dico habitam. t ¶ In timore/ dei. ſ. Eccl. xxv. b. Timor dei initiū dilectionis eius: fidei aūt initiū agglutinādū ei. Et bene dicit Subdite ſint ⁊c̄. quia Eccl. xxv. d. Mulier ſi primatū habeat cōtraria eſt viro ſuo. Et ex his patet ꝙ mulier fidelis p̄cipit' manere cū viro īfideli. j. Cor'. vij. c. Et ſi qua mulier fidelis habet virū infidelē: ⁊ hic cōſentit habitare cū illa: nō dimittat virū. Cōtra. Deut'. vij. a. Neq; ſociab' cū eis cōiugia: filiā tuam nō dabis filio eius: nec filiā illius accipies filio tuo: q̄ ſeducet filiū tuū ne ſequat' me/ ⁊ vt magis ſeruiat dijs alienis. Itē Cyprian⁹ dicit ꝙ nō ſunt cōiungenda fidelia mēbra cū infidelib⁹. Rn̄deo. Moyſes intelligit de matrimonijs cōtrahendis: hic vero et. j. Cor'. vij. intelligit' de ꝯctis: vt ſi duo cōtraxerūt in infidelitate/ ⁊ alter cōuertat' ad fidem: ſi poteſt ſine contumelia ſaluatoris maneat cum infideli/ vt ipſum per bonā conuerſationem lucret' deo: Qd̄ autē dicit Cyprianus: eſt verum: quando nulla eſt ſpes de cōuerſione infidelis. Uel hoc dicit quia non ſunt cū eis cōtrahenda matrimonia a fidelibus. v ¶ Quarum ſit non. Hoc eſt ſecūdū ad qd̄ monet eas: ad hoc. ſ. vt magis interiori q̄ exteriori ſtudeant ornamento: quaſi non ſolum ſint ſubdite viris: immo etiam ſint tales/ quarū ſit non extrinſec⁹ capillatura. Uel alia litera/ capillorū implicatio: ſicut in tortis crinib⁹ vel calamiſtratis/ vel non naturalibus/ vel arte colligatis: x ¶ Aut quarū nō ſit/ circūdatio auri. Sicut fit quando veſtes ornantur auro: vel ipſe mulieres aureis inauribus. Uel potius loquitur de ornamentis aureis vel auratis/ quibus ſuos capillos inuoluunt: vt earum caude appareant a poſteriori: in q̄bus maxime gloriant': Similes catto qui cauda ſua ſuperbit ⁊ gloriatur: nec teneri poteſt in domo q̄diu habet talem caudā non combuſtam/ vel abſciſam: ſic eſt de talibus mulierib⁹ q̄ cum caudā habēt auro et capillis flauis īmixtā teneri nō poſſunt. Prouerb. vij. b. Ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas: garrula et vaga: quietis impatiēs/ non valens in domo conſiſtere pedibus ſuis: nunc foris/ nunc in plateis: nunc iuxta angulos inſidians. Et hoc eſt valde admirabile/ et quaſi contra naturam ꝙ in capite faciunt ſibi caudas cōtra legem et naturā caudarum: que habent eſſe in loco infimo et turpi: niſi forte per hoc oſtendant ꝙ de parte corporis digniori. ſ. de capite faciunt turpem exitum diaboli. Hoc etiā eſt admirabile ꝙ cū caude date ſint ceteris animalibus in velamen turpitudinis: iſte ſole ſibi cōponūt cū magno labore: ⁊ ſūptu in apparentiā decoris ⁊ pulchritudinis. Hec eſt cauda leonis: cui⁹ veſtigiū beſtiaſ. i. beſtiales hoīes attonitoſ reddit. Hec ē cauda draconis quā vidit Iohānes Apocal'. xij. a. Et

A 1. Cor'. 11. a Col. 3. c Eph. 5. e

cauda eius trahebat

F cauda eiꝰ trahebat tertiã partē ſtellarũ celi.i.clericoꝝ/ ⁊ vtinã nõ religioſoꝝ: ⁊ miſit eos in terrã: ⁊ ſtella in terra nõ lucet. Hę ſũt caudę ſcorpionũ/blandiẽtes exteriꝰ viſui/ ſ veneñũ morti ferũ inferẽtes cordi. Apoc.ix.b. Et habebãt caudas ſimiles ſcorpionũ: ⁊ aculei erant in caudis earũ: ⁊ poteſtas earũ noce re hominibꝰ mẽſibꝰ

q̃nqꝫ. Tales quę ſic ſe ꝓparãt malo fine ſũt eq̃ diaboli. Apocal.ix.d. Poteſtas eñi equoꝛum in oꝛe eoꝛũ eſt: ⁊ in caudis eoꝛũ: nam caudę eorũ ſimiles ſerpẽtibꝰ habẽtes capita et in

a b c d e f g h i — aũt indũmẽti veſtimẽtoꝝ cultus: ſed q̃ abſcõditus cordis eſt hõ i incoꝛruptibilitate quieti ⁊ modẽſti ſpũs: qui eſt i cõſpectu dei lõcuplex. Sic ẽñi aliq̃ñ ⁊ ſctē mulieres ſperãteſ

k l m n o p q r s t — i deo oꝛnãbãt ſe ſbiectę ꝓpriis viris: ſic ſarã obediebat abrahę/ dñm ẽũ vocãs: cuiꝰ eſtis filię bñfãciẽtes ⁊ nõ ꝑtimẽtes vllã ꝑturbationē. Viri ſilr cõhabitantes ſꝫm cõnſcientiam

bis nocent. Hę ſũt epiſcopiſſę diaboli nutritę a poſteriori: et caudatę. Vtinã tales mala ꝯſiderãtes q̃ inde ꝓueniũt/ ⁊ ꝓuenerũt. Nõne ſanctꝰ ꝓpheta dauid captus eſt vidẽs berſabee lauantē ſe ex aduerſo ſuꝑ ſolariũ ſuũ.ij. Reg.xi.a. cũ tñ forſitan hoc nullatenꝰ cogitaret: Quid ergo de illis quę ex induſtria ſe parant/ ⁊ lauãt vt homines capiant: Itẽ nõne duo ſenes p̃ſbyteri q̃ videbant regere ꝓplm exardeſcẽtes in ſuſannę ꝯcupiſcentiam/quãdo eã viderũt lauare ſe in pomerio: occurrerunt ad eã et dixerunt: Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt: ⁊ nemo nos videt: ⁊ i ꝯcupiſcẽtia tui ſumꝰ: q̃obrē aſſentire nobis ⁊ cõmiſceri nobiſcũ. Dañ.xiij.c. Sed q̃d eis accidit: Moꝛs: quia ꝓ huiuſmodi a ꝓplo lapidati fuerunt. Itẽ nũquid abſalon cuiꝰ erat capillatura tam pulchꝛa: vt cum ſemel in anno tõderet/ qꝛ grauabat eũ ceſaries/põderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis pondere publico.ij. Reg.xiiij.f. Nõ dicit põdere ſanctuarij quod eſt diſcreta examinatio conſcientię purę: ſed põdere publico qḋ eſt appetitus laudis humanę. Sed q̃d accidit ei ꝓpter hoc: Per capillos ſuſpẽſus eſt/ dũ fugeret exercitum ioab/mulo ſuꝑ quē inſidebat abeunte deſub eo: ⁊ ibi eſt interfectus.ij. Reg.xviij.b. Propter hoc p̃cipit apl̃s.j. Coꝛinth.xi.b. vt mulieres velent/ dicẽs: Nã ſi nõ velat mulier tondeat: ſi vero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari velet caput ſuũ. a Aut.ſ. quaꝝ nõ ſit. b Indumẽti veſtimẽtoꝝ cultꝰ.i. indumẽti charioꝛis ſuꝑ alia veſtimenta: quo in feſtiuitatibꝰ vtant: vt ſic qꝛ ſingulariter dr̃ indumẽti/ notet feſtiuitas. Glo. Cypꝛiani. Serico ⁊ purpura indutę chriſtũ induere ſinceriter nõ poſſunt. Auro ⁊ margaritis ⁊ monilibus adoꝛnatę oꝛnamẽta cordis et pectoꝛis ꝑdiderũt. Qḋ ſi petrus mulieres quoqꝫ admonet coercendas: ⁊ ad eccleſiaſticam diſciplinã religioſa obſeruatiõe moderandas/ q̃ excuſare cultus ſuos per maritũ poſſunt: q̃to id magis obſeruare virgines fas eſt: q̃bus vlla oꝛnatus ſui cõpetit venia: nec deriuari poſſit in alterũ mendaciũ culpę: ſed ſolę ipſę remaneãt in crimine. Quãto magis q̃ clerici debent ab huiõi oꝛnatibus abſtinere. Credite mihi/ puto ſi cypꝛianꝰ vidiſſet clericos noſtri tẽpoꝛis nõ tacuiſſet hic de eis. Ex p̃dictis ṽbis cypꝛiani videt ꝙ peccant mulieres etiã cõiugatę quę ſic ſe oꝛnant: ꝓpter qḋ dicit in fine Glo. Nec deriuari poſſit in alteꝝ mẽdaciũ culpę. ꝑ hoc eñi dat intelligere ꝙ cõiugatę deriuãt in maritos mẽdaciũ culpę. Cõtra eadē Glo. dicit/ ꝙ ꝑ maritũ poſſunt ſe excuſare. Item nonne hoc licet fieri vbi qualitas ꝑſonę excuſat/ et mos regiõis vel finis.ſ. ſi aliter nõ poſſit maritus ſuus ab adulterio reuocari: Ita/ vt videt. Sol. Cypꝛianꝰ itelligit de illis quę ſe oꝛnant vt placeãt mũdo quę oẽs oꝛnamenta pectoꝛis ꝑdunt. Qḋ dicit/ ꝙ ꝑ maritos poſſunt excuſari: hoc eſt verum ſi hoc faciant ſine debito ⁊ neceſſario: vt.ſ. eas ab adulterio reuocẽt: cũ aliter nõ poſſint: ſed ſi poſſint aliter finis eſt indebitus. Vnde ſicut dicitur in fine Glo. multę in maritos retoꝛquent mendaciũ ſuę culpe: credimꝰ eſſe de hoc ꝙ dicit de qualitate ꝑſonę et cõſuetudine: ꝙ nec qualitas ꝑſonę nec ꝯſuetudo loci excuſat vbi eſt finis indebitus: vel vbi ꝯſuetudo eſt in p̃iudiciũ naturę: vt in pictura faciei. Cõſuetudo eñi nõ eſt laudabilis q̃ fit in p̃iudiciũ naturę. Finis aũt debitꝰ ⁊ neceſſariꝰ excuſat etiã ſine electione ꝑſonę vel loci/ et etiã p̃dicta cũ hoc. Et dico/ finis neceſſariꝰ: qꝛ ſi mulier oꝛnat ſe ſperãs ꝑ hoc maritũ

ab adulterio retrahere/ quē aliter poſſet reuocare/ finis nõ eſt neceſſarius nec excuſat. Sequit. c Sed qui/ non ſit talis oꝛnatꝰ exterioꝛ/ ſed/ ſit oꝛnatus talis vt/ homo viuens lege: cordis q̃ eſt abſcõditꝰ: apḋ deũ ſic manẽs/ d In incoꝛruptibilitate quieti ſpũs/ a rixa vitioꝝ: e Et modeſti.i. menſurati ꝑ amorē virtutũ. Vel quieti/ in ſe: modeſti/ ad alterum. Modeſtia eñi ꝓpꝛie eſt virtus modificãs verba. Phil.iiij.b. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibꝰ: dñs eñi ꝓpe eſt. Propt hoc dicit Iacobꝰ.iij.d. ꝙ ſapientia dei quę deſurſum eſt/ pacifica eſt ⁊ modeſta. q.d. nõ glorient in cultu exterioꝛi/ ſed magis cõſeruẽt integritatē ſpũs/ cũ nõ poſſint carnis. Vel homo.i. rõ quę abſcondet in cõtemplatiõe incoꝛruptionis futurę/ quã habebit ſpũs quietus ⁊ modeſtus in p̃ſenti: f Qui.ſ. ſpũs/ g Eſt locuplex in conſpectu dei: Quaſi.ſ. nõ q̃rit fieri locuplex in p̃ſenti. Ps. Et a te q̃d volui ſuꝑ terrã. Duo q̃ dixit: Primũ eſt: quē oꝛnatũ nõ debent mulieres hr̃e: ibi: Quarũ ⁊c̃. Secundũ: quē oꝛnatũ debent q̃rere: ibi: Sed qui ⁊c̃. Hęc duo docet apl̃s.j. Timoth.ij.c. Similiter ⁊ mulieres in habitu oꝛnatu cũ verecũdia ⁊ ſobꝛietate oꝛnantes ſe/ non in toꝛtis crinibus aut auro/ aut margaritis/ vel veſte p̃cioſa/ ecce primũ: ſed ꝙ decet mulieres ꝓmittẽtes pietatē ꝑ opa bona/ ecce ſecundũ. h Sic eñi. Hic tertio vt ꝓnioꝛes ⁊ paratioꝛes ſint ad p̃dicta/ ponit eis exemplũ de vxoꝛibꝰ patriarcharum ſic ſe oꝛnantibus interius dicens: Sic eñi.i. in incoꝛruptione ſpiritus. i Aliquãdo ⁊ ſãcte mulieres ſperãtes in deo. Interliñ. Nõ i oꝛnatu veſtium/ k Oꝛnabãt ſe/ interius. l Subiectę ꝓpꝛiis viris. Etiã in his q̃ videbant grauia/ vt dic Glo. Scḋm legē dñi: Geñ.iij.c. Sub viri poteſtate erit. m Sicut ſara obediebat abrahę dicenti: Accelera/ tria ſata farinę cõmiſce. n Dñm eũ vocans: Ex reuerentia dicit Glo. Geñ.xviij.b. Poſtq̃ꝫ cõſenui ⁊ dñs meus vetulus eſt/ voluptati operã dabo: o Cuius eſtis filię/ in participatiõe hereditatis: quã ꝑ bona acquiretis. Vnde ⁊ ſequit: p Benefacientes: honoꝛãdo ſoceros/ diligẽdo maritos ⁊c̃. q̃ docebãt pr̃es filiam ſuã ſarã vxoꝛem tobię minoꝛis. Tob.x.d. Apꝓhendẽtes parẽtes filiã ſuã/ oſculati ſunt eã ⁊ dimiſerũt ire/ mouentes eã honoꝛare ſoceros/ diligere maritũ/ regere familiã/ gubernare domũ: et ſeipſam irrep̃henſibilē exhibere. q Et non ꝑtimentes vllã ꝑturbationē: Quaſi non ꝑturbemini: ſi aliq̃d mali infert maritis a ꝑſecutoꝛibꝰ vel vobis ab ipſis. Et nõ dicit timentes: qꝛ timere naturale eſt/ nec oĩno caueri põt: ſed dicit ꝑtimentes.i. ꝑfecte timentes.i. volũtarie: qḋ cauẽdũ eſt et caueri poteſt. r Viri ſimiliter ⁊c̃. Hęc eſt ſecũda pars huiꝰ partis ſecũdę: in qua determinat quõ viri ſe debẽt habere ad mulieres bene ꝯuerſando cũ eis. Ad hoc aũt ponit duo. Primũ ē quõ ſe debẽt habere i reddẽdo debitũ: ibi: Cohabitãtes ⁊c̃. Secũdũ ē ꝙ debẽt ꝓuidere i neceſſarijs: ⁊ hoṅeſte: ibi: Quaſi infirmioꝛi ⁊c̃. Dicit q̃. Silr: O viri: bñ ſcꝫ vos ꝯuerſari volo ſicut illas: vt ꝑ bonã ꝯuerſationē lucrifaciatis eas: qꝛ.j. Coꝛinth.vij.c. Sanctificata eſt mulier infidelis ꝑ virũ fidelē. Bñ inquã cõuerſamini in h. s Cohabitãtes.i. debitũ reddẽtes.j. Coꝛinth.vij.a. Vxoꝛi vir debitũ reddat: ſilr ⁊ vxoꝛ viro/ ⁊ nõ in paſſionibꝰ deſiderij ſicut ⁊ gẽtes q̃ ignoꝛãt deũ/ ſed/ t Scḋm cõſcientiã.ſicut.ſ. intelligit deũ velle.i. vt filios generetis educãdos ad cultũ vnius dei. Et in h ꝙ dicit: Cohabitãtes/ ſignificat eq̃litas vtriuſqꝫ i redditiõe debiti. Notãdũ ē aũt ꝙ triplex ē cõcubitꝰ. Primꝰ maritalis/ ⁊ ſꝫm cõſciẽtiã: q̃ fit ad generãdos filios ad cultũ vnius dei educandos. Secundus maritalis/ ⁊ fragilis: qui fit cauſa vitãdę foꝛnicationis. Tertiꝰ impetuoſus ⁊ beſtialis: qui fit cã explẽdę libidinis: nõ vt in ſuã/ ſ i mulierē: Primꝰ ē meritoꝛius: ſcḋs ſi eſt/ pctm̃ veniale eſt. Tertius eſt pctm̃ moꝛtale.

Et de hoc Augꝰ.

Geñ.18
B
Ps.71
Geñ.18

Et de hoc Aug⁹. Vehemēs amator vxoris adulť est. Et non solū hoc: sed sit. b Impertiētes honorē: in necessarijs puidēdo mulierib⁹: a Quasi infirmiori vasculo muliebri/ ꝗ̄ vos sitis: ⁊ ꝓpter hoc magis cōcedendū ē eis: ⁊ magis eis puidere. Sciēdū aūt ꝙ mulier cōpať ad virū dupliciter. Uno mō ſm rōnē thori: ⁊ sic est ęqlitas inter virū ⁊ mulierem. Vn̄. j. Thessal. iiij. a. Ut sciat vn⁹quisq; vas suū possidere i sanctificatiōe ⁊ honore. Vas dicit nō vasculū: q: q̄tū ad thorū nō est minor mulier. j. Corinth. vij. a. Mulier nō habet potestatē sui corpis/ ſ vir: similiter et vir nō habet ptātē sui corpis/ ſ mulier. Alio mō quo ad curā ⁊ puisionē necessarioꝝ: ⁊ sic minor ē mulier viro. In oīb⁹ eñ minor est nisi rōne thori: ⁊ ſm h̄ dicit vasculū/ ⁊ q: minor est/ ⁊ q: receptiua seminis: ⁊ ꝓpter hoc vtiť hic noīe diminutiuo. Itē mulier cōparať homini tāq̄ remediū: ⁊ sic diciť cisterna ei⁹. Cisterna eñ facit aquā frigidam: Hiere. vj. b. Unde diciť Prouer. v. c. Bibe aquā de cisterna tua/ ⁊ fluēta putei tui. Et loquiť ibi de vxore ad quā solā p̄cipit vt hō se teneat. Itē vt seruiēs: ⁊ sic diciť cauerna ꝗ̄ habet aquas naturales nō collectas: sic mulier est naturaliter q̄ddā principiū generationis. Vn̄ Esa. lj. a. Attendite ad petram vnde excisi estis: vbi dicit Interliñ. i. abraā: ⁊ ad cauernā laci de qua p̄cisi estis: vbi dicit Interliñ. sarā: Et etiā ibidē ꝓpħa se exponit statim ſbdēs: Attēdite ad abraā patrē vestꝝ: ⁊ ad sarā ꝗ̄ peperit vos. Et dicit Impertientes: quia in parte debemus hic nos inuicē honorare: ſ deū totaliter. Quare aūt sic faciendū est/ assignat duas causas. Prima ē q: sūt coheredes glię: ibi: Tanq̄ coheredib⁹. Secūda est: q: si sic nō faciūt/ forsitā mulier ꝗ̄ infirmior est murmurabit: ⁊ sic impedienť orōnes vtriusq;: ibi: Ut nō impediāť ⁊c̄. Cōtinuatio: Quasi cohabitātes ⁊c̄. et impertiētes ⁊c̄. c Tāq̄ ⁊ coheredib⁹ grē vite: Grę i p̄senti. Vitę/ i futuro. Uel itrāsitiue. d Grę vitę. i. grę ꝗ̄ ē vita. Uel trāsitiue sub eodē sensu/ sic: Gratię vitę. i. ꝗ̄ facit vitā: ⁊ hoc dr̄ ad differētiā nō gratū faciētis. e Ut nō ipediant. Secūda causa ē: q̄si sic ɔuersamini modeste ⁊ quiete: vt nō impediant orōnes vestrę. Si eñ discordes essetis vestrę oratiōes deo nō placerēt. In pace eñ fact⁹ est loc⁹

Ps. 75. ei⁹/ vt dicit: Ps̄. Nō eñ dissensionis ē de⁹/ sed pacis. j. Cor. xiiij. g. Sic legit vna Glo. Uel ſm aliā Glo. ꝗ̄ sic incipit: Impediri orōnes ⁊c̄. detminať h̄ tp̄s cohabitādi/ vel reddēdi debitū: qđ sibi debēt cōiuges sic statuere ne ipediant ab orōne suo tp̄e faciēda. Et sic cōtinuať ei solū qđ dictū ē sup̄: Cohabitātes ſm cōsciētiā: hoc dico: vt nō impediant orōnes vrę. Roma. xij. c. Orōni instātes. Ecci. xviij. c. Ne impediaris orare semp. Glo. Impediri orōnes officio ɔiugali cōmemorat: q: quotiēscūq; vxori debitū reddo orare nō possum: qđ si iuxta apl̄i sermonem. j. Timoth. v. c. sine intermissione orandū est. Nūq̄ ꝗ̄ mihi ɔiugio seruiēdū est/ ne ab orōne cui semp isistere iubeor vlla hora impediar. Hic Glo. habet difficultatē: q: ex hoc videť ꝙ aut nūquā vtendū est cōiugio: aut semp trāsgrediť qui vtiť eo. Sed rn̄sio est/ et itellect⁹ Glo. Quia illud sine intermissione orare/ sic intelligiť. i. horis ad orādū institutis ⁊ nō intermissis: possunt ꝗ̄ cōiuges horas determinare ad reddendū debitū ⁊ ad orādū. j. Corinth. vij. a. Nolite fraudari inuicē: nisi forte ad tēpus ex ɔsensu/ vt vaceť orōni. Uel aliter. Sine intermissiōe orat: q̄ bn̄ facere nūquā cessat: et sic nō cessat orare. Unde Glo. interrogatiue est legenda. f In fide aūt oēs ⁊c̄. Tertia ps secūdę partis eplę in qua generaliter monet oēs ad bn̄ ɔuersandū. Sȝ quare hic/ cū postea monitur⁹ sit p̄latos/ ⁊ subditos: Dupl⁹ est duplex rō. Una est: q: ꝓprimo aū monuit viros ⁊ mulieres: sȝ q: ipsi quodā sp̄ali vinculo ɔiungūť/ videreť nō teneri alijs: ꝓpter hoc generalē subdit instructionē/ ne sp̄ale vinculū a generali videreť absoluere. Alia rō est: q: liberos ⁊ seruos/ viros ⁊ mulieres monuerat ad bene cōuersandū: ne istę solę ꝑsonę viderenť teneri ad hoc: ꝓpter hoc generaliter oēs monet bene inuicē ɔuersari. Hęc aūt pars diuidiť in duas. In prima docet ɔuersari bene/ ponēs cōditiones in quibus cōsistit bona ɔuersatio. In secūda ostēdit causas quare oporteat eos bene conuersari: ibi: Qui eñ vult ⁊c̄. Quattuor exiguntur in homie ad bene ɔuersandū.

a quāsi infirmiori vasculo mu-
b liebri: ipertiētes honorē tāq̄
c et coheredibus grātię vitę:
d vt nō impēdiāť oratiōes vrę.

f g h i In fidē ąūt oēs vnanimes: i
orone estōte compatiētes: frā-
k ternitatis amatores: miseri-
l m cordes: mōdesti: hūmiles

Primū est vnanimitas fidei: ꝗ̄ est tanq̄ fundamētū in edificio spirituali. Vn̄ dicit: In fide. Secūdū est cōmunicatio suorū. Vn̄ dicit/ In orōne. Tertiū est modus cōicandi. Unde dicit: Modesti ⁊c̄. Quartū est ɔtempt⁹ damni. Vn̄ dicit/ Nō reddentes ⁊c̄. Sufficienť ꝗ̄ dicit in q̄bus est bona cōuersatio: q: in fide ⁊ moribus. Ubi igiť est vnanimitas fidei/ nō est impedimentū ɔuersationis/ quo ad fidem. Itē vbi est cōicatio suoꝝ facta vt debet: nō est impedimētū in via morū: q: qui sicut debet sua cōicat ꝓprimo damnū pati nō timet. Dicit ꝗ̄: In fide. Quasi nō solū p̄dictos oportet bn̄ ɔuersari/ ſ oēs. g Aūt. i. sed vt possitis hoc facere: h Estote vnanimes/ in fide. i. vni⁹ animi: vt nec cogitatiōe vel affectione discrepeť: vt dicit Interliñ. Fides eñ est fundamētū: q: Heb. xj. a. Fides est substātia reꝝ sperādaꝝ argumētū nō apparētiū. Act. iiij. f. Multitudinis credentiū erat cor vnū ⁊ anima vna. Ecce vnanimitas fidei. Quę i duob⁹ attendiť: i intellectu ⁊ affectu. Vn̄ dicit: cor vnū/ in intelligendis ⁊ credēdis: ⁊ aīa vna: in affectibus. s. in volēdis ⁊ opandis. Sequiť In orōne ⁊c̄. Hic tangit secūdū qđ est cōicatio suoꝝ. Hoc aūt est dupliciť. Ul sp̄ualiū: Vn̄ dicit/ In orōne estote cōpatiētes. i. ꝓ oīb⁹ orantes et alioꝝ onera supportātes: ⁊ vr̄a inuicē reputātes: Sicut ille qui dicit. ij. Corinth. xj. g. Quis scandalizať ⁊ ego non vror. Vn̄ Glo. Interliñ. Alter alteri⁹ onus vel infortuniū putet suum. Addit autem orationi compassionem. Arida eni est oratio nisi assit compassio eius pro quo orať. Item cōmunicatio nō solū debet esse spiritualiū: imo etiam temporaliū: Unde dicit: k Misericordes. Unde Interliñ. Elemosynas impendēdo: Sed q: misericordia nō solum est in dando: immo etiā in remittēdo: ſm ꝙ dicit dn̄s Luc. vj. f. Dimittite et dimittemini: date ⁊ dabiť vobis: ꝓpter hoc dicit alia Interliñ. cōdonādo pctā. Ecci. xxviij. a. Relinque ꝓprimo tuo nocenti te: ⁊ tunc dep̄canti tibi pctā soluenť: Et q: nō sufficit cōicare vtraq; bona solo effectu: nisi ⁊ cōicetur affectu: ꝓpter hoc recte poniť in medio. l Fraternitatis amatores. In h̄ tangit duo. s. affectū quo communicanda sunt vtraq; bona/ et causā. Affectū/ cū dicit/ Amatores/ Causā cū dicit/ Fraternitatis. q. d. bona vestra ⁊ actu cōmunicate: qui actus expriміť/ cum dicit: In oratione cōpatiētes: ⁊ cum dicit: Misericordes: vt sic fraternitas in vobis cōseruet: ⁊ sic fidei vnanimitas. Unde dicit Interliñ. Ne destruatis fraternitatē: ne ꝑ hoc a fidelib⁹ recedatis. Per hoc igiť ꝙ hęc clausula/ Fraternitatis amatores: poniť in medio/ actualis cōmunicatiōis bonoꝝ sp̄ualiū et tēporaliū significanť duo: ⁊ ꝙ vtrūq;. s. cōmunicatio sp̄ualiū/ ⁊ cōmunicatio temporaliū nō solū debet exhiberi effectu/ sed affectu. Item ꝙ fraternitas cōseruatur per hęc duo/ per communicationem scilicet spiritualiū et temporaliū: ⁊ volūtate exhibitā et actu patet. Ro. xij. c. Charitatē fraternitatis inuicē diligentes. Mod⁹ autē cōmunicādi est duplex. Un⁹ in cōmunicādo: de quo dicit: l Modesti. Omnia cū modo facientes/ attēdētes. s. cui: vel quādo vel quātū/ vel vbi: et sic de alijs circūstantijs cōmunicādū est: ne indiscrete fiat cōmunicatio. Unde Marci. ix. g. Habete in vobis sal discretionis. Prudentia eñ non tam ē virtus q̄ auriga virtutum: vt dicit beatus Berñ. Ecci. xij. a. Si bene feceris scito cui benefeceris: et erit gratia in bonis tuis multa. Job. vj. b. Aut poterit comedi insulsum qđ nō est sale conditū. Alius modus ē ipsius cōmunicātis. Unde dicit: m Humiles. Ne. s. de his superbiatis: quia deus superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiā: Jacobi. iiij. b. Et parū valet/ vel

g oratio vel elemosyna

☞ oratio vel elemoſyna vñ hō ſupbit. De p̄mo patet ꝑ illū pha/
riſeum qui in ſua oratione ſuperbiuit. Luce. xviij. b. De alio
Matth. vj. a. Tu aūt cū facis elemoſynā: noli ante te tuba ca/
nere: ſicut hypocrite in vicis vt faciūt in ſynagogis: ⁊ honorē/
tur ab hoibus: Amē dico vobis receperūt mercedē ſuā. Item

a non reddentes malum pro
b malo: nec maledictū ꝓ male/
c dicto / ſed ecōtrario benedicē
d tes: q̄ in hoc vocati eſtis vt
e f bn̄dictionē hereditate poſſi/
g h i deatis. Qui em̄ vult vitā dili/
k gere / et dies videre bonos: cō
l m erceat linguā ſuā a malo: ⁊ la/
n o bia eiꝰ ne loquant̄ dolū. De/
p clinet aūt a malo / ⁊ faciat bo/
q r nū: inquirat pacē ⁊ ꝑſeq̄nt̄ eā:
s t quia ocli dn̄i ſup iuſtos: ⁊ au/
v x res eius in p̄ces eorum: vultꝰ
autem dn̄i ſup facientes mala.
y Et quis ē qui vobis noceat:
ſi boni emulatores fueritis:

cōtemptus damni ē
Ro.12.d duplex: q̄ damnum
Pro.20.c vel infert̄ facto / vel
verbo. De primo di
cit: a Nō reddē
tes malū ꝓ malo.
j. Theſſal. v. c. Vi/
dete ne quis malū ꝓ
Ps.33. malo reddat alicui:
ſed ſemꝑ qđ bonū ē
Jaco.1.d ſectamini inuicē / ⁊ in
oēs. De ſecūdo dic:
b Nec maledi/
ctū ꝓ maledicto. Qui em̄ maledicit / damnū facit ei / de q̄
maledicit ī fama eiꝰ. Et nō ſolū nō ceſſetis a p̄dictis: c Sz
ecōtrario benedicentes ſitis. Roma. xij. c. Benedicite ⁊
nolite maledicere. Prouerb. xxv. c. et Roma. xij. d. Si eſurie
rit inimicus tuꝰ ciba illū ⁊c. Et quare ſic faciendū eſt ſubdit:
d Quia in hoc. i. ad hoc / e Vocati eſtis / a domino.
g Ut hereditatem poſſideatis / firmiter et ſolide / ⁊ ſine
motione. f Benedictionem: paſſiue illā. ſ. qua dicet̄ vo/
bis: Venite bn̄dicti patris mei ꝑcipite regnū: Matth. xxv. c.
Si ꝗ ad hanc vocati eſtis miſcdia dei ⁊ vos debetis miſereri:
nō reddere malū ꝓ malo. Ut bn̄dictionem: actiue qua. ſ.
deū in futuro benedicetis in eternū. Et ꝓpter h̄ etiam hic bn̄/
dicere debetis. Vn̄ dicit Glo. Qđ quiſq₃ in futuro inuenire de
ſiderat: hoc in p̄ſenti meditari ⁊ agere ſatagat. Vn̄ Eſa. lxv. c.
In quo q̄ benedictus eſt ſuꝑ terram: benedicet̄ in deo amen.
h Qui em̄ vult ⁊c. Hec eſt ſecūda pars tertie ꝑtis in qua
determinat quare fideles debēt inuicē bn̄ cōuerſari. Et eſt p̄/
ma cauſa: q̄ deus videt bonos ⁊ malos / retributurus vtriſq₃
ſcđm opa. Et hoc ꝓbat auctoritate ꝓphete quā inducit ꝓpter
illud qđ eſt in fine. ſ. Oculi dn̄i ⁊c. Secūda cauſa eſt: q̄ be/
ne agentibus nemo pōt nocere: ibi: Et quis eſt q̄ vobis.
Tertia cauſa eſt: q̄ bn̄ cōuerſando homo paratior eſt redde/
re rationē petenti d̄ ſua fide ⁊ ſpe: ibi: Parati ſemꝑ. Quar
ta ratio eſt: q̄ ſi oportet eos pati / meliꝰ vt bn̄ patientes patian
tur / q̄₃ ecōuerſo: exemplo chriſti qui bene faciens paſſus eſt iu/
ſtus ꝓ iniuſtis: non ſolum ꝓ his qui ſunt tempe gratie: ſed ꝓ
illis qui fuerūt ſub lege / ⁊ ante legem: nā p̄dicauit illis ꝑ noe q̄
arcā edificauit in ſignū diluuij futuri. Et hec rō icipit: ibi: In
quo ⁊ his qui in carcere ⁊c. Deinde ex iā dictis cōcludit
q̄ ſi chriſtus paſſus eſt / iuſtus ꝓ iniuſtis / ⁊ nos debemꝰ eadem
cogitatione armari. j. iiij. ibi: Chriſto igit̄ paſſo ⁊c. Dicit
ergo: h Qui em̄. Cōtinuatio. Dixi q̄ i hoc vocati eſtis / vt
bn̄dictionē i hereditate poſſideatis: nā i ꝯſpectu iudicis ⁊ retri
Ps.33. butoris operꝝ eſt / i Eni. i. q̄ / dic: Ps. Qui vult vitā dili
gere. i. oſtēdere ſe dilectionē vite habere. Ex hoc videt̄ q̄ nō
omnis homo diligat vitā / cū dicit: Qui vult. Hoc tn̄ eſt falſū.
Reſpondeo. Omnis hō vult diligere vitā bonā / vt ipſum eſt
in ſeipſa. ſ. ſed nō omnis vult eā diligere vt eſt finis ordinatꝰ
ad ea q̄ ſunt ad finē. Et ſic multi volūt cōſequēs non tn̄ antece
dens: volunt em̄ bonū finem: nec tn̄ volunt bene operari vnde
poſſēt cōſeq̄ bonū finē. Et hec ſolutio habet̄ ex Interlin̄. que
dicit: Qui vult oſtēdere ſe dilectionē habere. Dilectionē em̄ ſe
habere oſtendit: qui facit opa vite ꝑ que cōſequat̄ finē. k Et
dies videre bonos / in futuro: q̄ in p̄ſenti ſunt dies mali.
Gen̄. xlvij. b. Dies peregrinationis mee parui ⁊ mali cētū tri
ginta annoꝝ ſūt. Eph. v. d. Qm̄ dies mali ſūt. Sed nunq̄d in
Ps.83. patria erūt dies pluralit̄: Hoc nō videt̄: q̄ Ps. Dies vna in
atrijs tuis. Et Zach. xiiij. b. Et erit dies vna q̄ nota ē dn̄o: nō
dies neq₃ nox. Sol. q̄ ibi nō erit ſucceſſio tpis: ꝓpter hoc ne/
q₃ dies erit ibi neq₃ nox: ſed ſol iuſticie qui neſcit occaſum ſem/
per lucebit in ſuꝑiori hemiſperio. i. in paradiſo: vnde erit quaſi
vna dies cōtinuata. Apocal. xxj. g. Et ciuitas nō eget ſole / ne

q₃ luna vt luceant in ea: nam claritas dei illuminabit eam: et
lucerna eius eſt agnus. Dicunt̄ tn̄ ibi plures dies eſſe ꝓpter
durationē ⁊ multitudinem. Item dicunt̄ dies boni ꝓpter di/
uerſitatē gaudioꝝ q̄ habebunt ibi ſancti. l Coerceat. Hic
nō loquit̄ niſi de freno lingue. Unde hoc: Solutio. Quia om/
ne pctm̄ in lingua. Jaco. iij. b. vniuer/
ſitas iniq̄tatis. Glo.
Quia ꝑ eā cūcta fere
facinora / aut concin/ Al. ſeq
nāt̄ / vt latrocinia / ſtu
pra: aut patrāt̄ / vt ꝑ
iuria / falſa teſtionia:
aut defendūt̄ / vt cū
quilibet impurus ex
cuſādo ſcelus qđ ad
miſit / ſimulat bonum
qđ nō fecit. Vel pōt
dici q̄ intelligit̄ hic frenū cogitatiōis ⁊ operis: lingua em̄ me/
dia ē inter cogitationē ⁊ opꝰ. Vn̄ ipa coercita itelligūt̄ coerce
ri extrema: ⁊ h̄ eſt qđ dicit: Coerceat liguā ſuā. i. ſimul cū
extremis ſuis arceat a malo. Prouer. xxj. d. Qui cuſtodit os
ſuū cuſtodit aiam ſuā. Eccī. xxviij. d. Ori tuo facito oſtia. m
Et labia eiꝰ / coerceat. ſ. n Ne loq̄nt̄ dolū. Ps. Muta Ps.30.
fiāt labia doloſa. Ptꝰ aūt murmur occultū ꝓhibuit: Coer/
ceat: nō aptū exteriꝰ ṽbū malū. Vn̄ Interlin̄. Exteriꝰ nō ꝓ
ferat aliq̄d doloſū. Ps. Diſꝑdat dn̄s vniuerſa labia doloſa. Ps.11.
o Declinet aūt a malo. Et differt h̄ ab eo qđ dixit: coer
ceat ⁊c. q̄ h̄ dic: Decliet / etiā ſi exteriꝰ dat̄ occaſio peccādi:
ſuꝑ dixit coerceat: vbi nō dat̄ occaſio. p Et faciet bonū:
etiā vbi pōt malū facere. Eccī. xxxj. b. Qui potuit trāſgredi ⁊
nō ē trāſgreſſꝰ ⁊ facere mala ⁊ nō fec. Sz q̄ p̄dicta nō valēt ni
ſi fiāt bono fine / ꝓpt̄ h̄ ſeq̄t̄: q Inq̄rat pacē. i. i oibꝰ bis q̄/
rat / ⁊ nō ficte: ſ₃ ex aio. Vn̄ / Inq̄rat. i. intꝰ q̄rat. r Pacē. i.
futurā q̄ exuꝑat oēm ſenſū: Phil. iiij. b. Vel p̄ſentē cū deo et
fribꝰ inq̄rtū ordinat̄ ad futurꝝ. Et h̄ faciat nō ad tps ſ₃ ꝑſeuerāt̄.
Vn̄ ⁊ ſeq̄t̄: s Et ꝑſeq̄t̄. i. ꝑfecte ſeq̄t̄ eā. ſ. vſq₃ ad finē: Ante
em̄ nō debet q̄s reputari ꝑfectꝰ: q̄ Eccs. ix. c. Neſcit hō finē
ſuū: ſ₃ ſicꝰ piſces capiūt̄ hamo: et aues cōprehēdūt̄ laqueo: ſic
